in negotijs Religionis petere debeant. Nam quemadmodum verus cultus Dei est summa sapientia, ita ad eum reformandum opus habemus summa sapientia. Non vult ut eximus foedera, concilia, congregationes, confessiones ab hominibus suis verbo Dei factas. Non vult ut à Romana Ecc.a et eius falsis Concilijs, consilium petamus. Iubet ut legem, et verbum Dei, non ut decreta Paparum, falsorum. Conciliorum respiciamus.

Quicquid verbo Dei additur est humanum Commentum, et per consequens summa Impietas, et Idolatria.

Quandiu Principes verbo Dei addiderunt, tandiu Imperia ipsorum fuerunt diuturna. Ex. Exemplo patent in Israel.

Ezechias veram viam Idolatriae, falsae doctrinae, humanarum constitutionum et superstitionum eradicandam sincerae ex verbo Dei restituendae Religionis viam sternitus est. Quare tubes fuit ab inimicis suis. Misit ad illum Dominus Josiam, ut ab eo in lege Dni erudiretur.

Israelis incuria verbum Dei multis annis fuit amissum, humanae traditiones in eius locum successerant, quae omnes à Josia et Ezechia fuerunt tublata, inuento voluminе Legis. Ita multis annis Biblia fuerunt amissa, quae paucis ante annis etc.

Quemadmodum Josias flevit peccata populi, et scidit vestimenta, ita et nostis Principib. faciendum, detestanda, et execranda est Papistica Idolatria, planeq. tollenda, non autem Luciani mores irridenda, non confugiendum ad concordiam cum Romana bestia, et Antichristo, non coniungendum Christum cum Belial. Quae coniunctio non tantum exitium, et interitum Relignis sed et Imperij erit certa palitulla.

Convocavit Josias omnes seniores populi etc. Ita legit Josias volumen Legis, ut non tantum quid facto opus esset ordoret, sed idipsum statim executioni mandarit. Non expectavit sententiam Sacerdotum, Non conabantur Sacerdotes Concilium cogere, neq. anathematum fulminib. pij Regis propositum impedire conabantur, videbant status Imperij, se non Concilijs, non excommunicationibus, sed verbo Dei esse subiectos.

Cum Josias redivit Samaria Jerosolimam iussit populo celebrari Pasca, quia tempora Judicum non erat celebratum Pasca. Ita nulla unq. fuit cena in Papatu.

Accommodat Historiam Josiae ad praesentia tempora, inquiens ex ea veram viam reformandae Ecc.e petendam esse.

Quemadmodum propter impietatem Judae divisum est Imperium in Israel, ita propter impietatem Papae non tantum Gratia cum toto Imperio Orientis à Romano Imperio se separavit, sed et nostris temporibus tota Germania, Gallia, Anglia, et alia regna, et Dominia à Babylonico se sorte separarunt.

Concludit veram viam reformandae Religionis esse, ut illam ad purum verbum Dei exigamus.

Post haec tria proponit Unde Sectae, errores, superstitiones, Idolatriae etc. oriantur, et quomodo vera à falsa

doctrina

doctrina cognoscenda.

Secundo quibus rationibus tollenda.

Tertio quemadmodum nostra Ecclesiae doctrinam eam ad purum . . verbi Dei exigere debeant.

Quantum ad primum, Papa, et Romanus Antichristus falsis asserit earum causam esse discedere à traditionibus etc. Idem Turca egerit à suo Alcorano. Judei à Talmud.

Vera causa errorum est recedere à veritate. Verbum autem Dei est Veritas, à qua qui semel recesserit, errat in infinitum. Hinc Romana Ecc.a in tam immanem Barathrum impietatis prolapsa est. etc.

Quemadmodum Papa Ecclesiam à verbo Dei separaverit, Primum voluit Doctores suos primum in humana sapientia, quam sacris litteris exercere: et in humanis potius (sunt. n. di pani Lucrando) quam divinis legibus occupari etc.

Summa à Papistis sacra scriptura corrupta. Hinc multiplices Sectae.

Hinc Papam non potest errare, Papam esse servum. servorum Dei, sibi Tyrannum supra omnes Tyrannos. Maiorem esse authoritatem Ecclesiae q̃ scripturę: Quemadmodum longe, impiis, impio, et idolatrico scriptis probare Hosius conatur. Hinc nullę sacrę scripturę testimonio fidem habendam nisi Romana Ecclesia prius de eius pronunciaverit. (Ut ex empli gratia, si quis quaerat, An solus Christus factus sit Mediator fidelium, si respondeat aliquis, quod solus ipse, ac sanctos ac reliquos Missarios Sacerdotes vitetur, statim Sacretius erit, quia secus Papae videtur. Quid ergo aliud est quam si quispiam rogetur An Deus sit, non debere in unam, unam vel altera sententiam respondere nisi ipse Papisticum congregat Conc.m Quemadmodum si Deus veritatem dicere non potest, nisi quatenus Papa id verum esse dixerit. Unde sequitur Deum non esse Deum si secus Papae videatur.

Papa, ne impietas eius sit manifesta interpretationes, et translationes Biblionum prohibuit, Concionesque quae potuit subtulit, et in loco earum missas, et iudaicas victimas, et Christi macellum substituit, et ne haec vulgo innotescant latina, et ignota lingua omnia peragi voluit. etc.

Fundamentum doctrinae Papisticae est, Ecclesiam esse supra scripturam.

Haec sunt principales articuli Sacrorum Antichristi Romani, Doctrina peccati Originalis. Doctrina de redemptione, Doctrina de gratitudine.

Sequitur doctrina de peccato originali, et servo arbitrio à Papistis corrupta etc. De redemptione, et de satisfactione.

Una causa Sectarum est, quod non sit cuiq. liberum tractare de Religione.